

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Auaricia 1
cum fonte primo

Modum non habet auaricia, nec capiendo expletur
sed incitatur hoc egentior quod plura quesuit.

Ambrosius de interpellacione Iob.

nonne tibi uidetur sicut qui in somnis bibebat
bibisse et sicut qui in somnis epulabatur epulatus,
aperuisse autem oculos et cognouisse
quod anima eius inane sperauit
et adhuc esuriat et adhuc sitiat, quia
modum non habet auaritia nec rapiendo expletur,
sed incitatur hoc egentior, quo plura quaesuerit?

Ambrosius Mediolanensis, *De interpellatione Iob*
et Dauid, 1.3 (CSEL 32.2, C. Schenkl ed., p.216,
ll.1-6).